constituendum aliquem in mora propter pœnam in stipulatione appositam, sufficiat interpellatio extrajudicialis, vel requiratur litis contestatio, n. 7 l. 15 t. 11 p. 5. —Et an dies expressa in stipulatione sui promissione constituat aliquem in mora sine alia interpellatione, n. 2 l. 18 ibidem. — Et an conditionis eventus constituat debitorem in mora, dict. n. 2 dict. l. 18.—Et an difficultas excuset debitorem speciei, vel facti, vel quantitatis à mora, n. 5 dict. l. 18.—Mora an possit purgari ubi est apposita dies et pœna, si ad diem non impleatur promissum, n. 6 l. 35 tit. 11 part. 5.—an possit purgari ante litem contestatam nondum soluto interesse, quando promittens facere promissum non implevit, ibi n. 9. —an possit purgari quando jus actoris efficeretur deterius, n. 4 l. 6 ibidem.—Et an in stipulationibus judicialibus, seu conventionalibus, difficultas impediat moræ, et pœnæ commissionem, n. 4 l. 37 per text. ibi, tit. 11 part. 5.—Et an et quando debitor, si non solverit, constituatur in mora nulla præcedente interpellatione, gloss. l. 8 tit. 14 part. 5.—Mora an possit purgari in contractibus bonæ fidei, non obstante die et pœna, n. 2 dict. l. 8 tit. 14 part. 5.—de jure canonico semper purgari potest, si adversarius non sit damnum passus propter moram, dict. n. 2 post med. — et an hæres post moram teneatur de morte, vel periculo, quod rei legatæ accidit, etiamsi eodem modo accidere debuerat penes legatarium, n. 4 l. 41 tit. 9 part. 6.

Morapetini, de quibus in legibus Partitarum, de quibus, et cujus valoris intelligantur, n. 2 l. 7 tit. 18 p. 1, et n. 5 l. 2 tit. 25 part. 2, et n. 6 l. 2 tit. 11 part. 3, et n. 3 l. 24 tit. 14 part 7. — de jure Partitarum, et de jure hodierno cujus valoris sint, et qui libram faciant, n. 6 l. 14 tit. 6 part. 3, et n. 3 l. 71 tit. 18 part. 3, et n. 4 l. 8 tit. 21 part. 4.—aurei qui dicantur ad hoc ut donatio ultra summam requirat insinuationem, n. 4 l. 9 t. 4 part. 5.

Morbus an excusset à muneribus patrimonialibus, et an à personalibus, n. 3 l. 49 tit. 18 part. 3.

Mors est ultimum terribilium, num. 7 l. 6 tit. 18 part. 2.—Et constantissimos terret, et est propria passio virorum fortium, n. 3 l. 12 tit. 18 part. 2.—Mors citius venit ratione peccati, quàm si peccatum non esset, n. 2 l. 37 tit. 4 p. 1. —et de multis modis probandi alicujus mortem, n. 1 l. 14 t. 14 p. 3.—Mori quis potius debet, quàm in peccato consentiat, n. 8 q. 2 l. 3 t. 1 p. 4.—Mors confirmat donationem inter conjuges factum, et quando, et de qua morte istud sit intelligendum, n. 6 l. 4 tit. 11 part. 4. — civilis qualis, et quare sic appelletur, et an statutum in morte naturali habeat locum in civili, num. 1 et 9 l. 2 tit. 18 part. 4 —Mortis timor, vel amissionis bonorum, an faciat aliquem non peccare, licèt aliquod crimen committat, n. 1 l. 4 tit. 24 part. 4.—Mors, et mortis mentio fieri debet in donatione, ad hoc ut dicatur mortis causa facta, n. 2 l. 11 tit. 4 part. 5.—tertii in cujus manus pretium pro aliqua re fuit constitutum, an venditionem retractet; et quid si moriatur unus contrahentium, num. 6 l. 9 tit. 5 part. 5. —naturalis patris professi Religionem, an debeat expectari, neque ante filiis legitima debeantur, n. 9 l. 17 tit. 1 p. 6. — Et qualiter judex se habere debeat quando aliquem vult ad pœnam mortis condemnare, n. 2 cum aliis ibi, l. 26 per text. ibi, tit. 1 part. 7.

Mortis poena, vide in verbo Poena mortis.

Mortale peccatum, vide in verbo Peccatum mortale.

Mortaliter peccans duplici vinculo astringitur ad satisfaciendum, n. 1 in medio, l. 28 tit. 4 part. 1.

Mortuus an vivo præferatur in danda sibi eleemosyna, n. 2 l. 42 tit. 4 part. 1.—Mortui an gaudeant indulgentiis à Papa concessis pro ipsis, et an Papa illud facere possit, et quando, n. fin. l. 46 tit. 4 part. 1.—Mortuus tempore interdicti debet in campis sepeliri, n. 2 in fin., et ibi n. 3 l. 15 per text. ibi, tit. 9 part. 1. —in ecclesia sepeliri non debet; et quid hodie de consuetudine, n. 7 l. 1 tit. 11 part. 1.—ubi debet sepeliri, n. 1 cum aliis ibi, l. 5 tit. 13 part. 1.—extra regnum in illo sepeliendus non est, si vivus ibidem commorari non poterat, n. 8 l. 2 tit. 28 part. 2. — si aliquis esse dicatur, qualiter illud ab hæredibus probari debeat, n. 1 l. 14 tit. 14 part. 3.—an sententia pro mortuo, vel contra eum ferri possit, et quando, n. 4 l. 15 tit. 22 p. 3. —esse creditur ille, qui est in articulo mortis, n. 4 l. 1 tit. 13 part. 4. — civiliter esse dicitur deportatus, n. 9 l. 2 tit. 18 part. 4.—an et quando accusari possit, gloss. l. 7 et 8, et l. 23 per text. ibi, tit. 1 part. 7. — an et quando suspendi possit, n. 3 dict. l. 7. — Et vivens cum vituperio, vel cum infamia mortuus esse fingitur, n. 6 l. 7 tit. 6 part. 7. — Mortuus si postquam fuit sepultus, injurietur ab aliquibus, qualiter ipsi puniantur, gloss. l. 12 per text. ibi, tit. 9 part. 7.—debitor an possit per creditorem, impediri, ne tradatur sepulturæ, quousque sibi satisfactum sit; et quid si illud faciat cum auctoritate judicis, n. 1 l. 13 per text. ibi, tit. 9 part. 7. — si injurietur, qualiter injuriantes puniantur, n. 2 dict. l. 13 per text. ibi.

Motus primi non sunt in hominum potestate, n. 1 l. 5 per text. ibi, tit. 2 part. 7.

Movens rixam debet in totum culpari, et an agressus in totum liberetur, n. 1 in procem. tit. 2 part. 3.

Mulcta à judice per sententiam condemnato posita, an ipse judex illam revocare possit, et mutare, et an idem in alia pœna, n. 2, 3 et 4 l. 4 tit. 22 part. 3. — Et an judex necessario mulctam tollere debeat, si pauper sic mulctatus, dict. n. 3.—Et an idem sit dicendum, si mulcta imposita sit ratione contumaciæ, vel delicti, ibid. in n. 4.—Mulcta impropriè dicitur quando imponitur sub nomine mulctæ ratione delicti, sive contumaciæ, dict. n. 4.—alii applicata, quam fisco minui potest per judicem, n. 5 dict. l. 4 tit. 22 part. 3. — quasi semper applicatur fisco, dict. n. 5 dict. l. 4 t. 21 p. 3.

Mulier.	Adultera, vel meretrix, vel incestuosa.
Excusetur.	Arcta, vel lata.
Nupta, contrahat matrimonium, vel sponsalia.	Separatur.
	Accussat, vel accusatur, vel agit.
Vovens.	Donat, vel non.
Facit eleemosynam.	Religionem intrat.
Testificat.	
Prægnans.	Dotans se, vel petens

dotem, vel lucra, vel ea perdens.	tur.
	Testator, vel legat.
Carceratur, vel capitur.	Alienat.
Renuntiat.	Instituta hæres.
Fidejubens.	Adit hæreditatem.
Præfertur creditoribus, vel aliis.	Punitur.
	Tutrix, vel executrix testamenti.
Læditur, vel damnifica-	

Mulier an possit prædicare, et an possit sibi ad hoc dari licencia, n. 3 l. 9 tit. 6 part. 1.—judicare non potest, et quando sic, gloss. l. 26 tit. 6 part. 1. —Mulierum commixtio est naturaliter suspecta, et appetit virum, sicuti materia formam, n. 2 l. 37 tit. 6 part. 1.— Mulier qua ratione à natura fuit flexibilis, et amicabilis, ibid.—Mulieres quales esse debeant, ut possint cum clericis cohabitare, n. 3 ibid. — habitantes cum clericis, si suspectæ sint, qualiter hodie puniantur, dict. n. 3 in fin.—Mulieribus rusticis subvenitur propter juris ignorantiam, aliis verò non, n. final. l. final. t. 1 part. 1. —Mulierum consuetudo, et ipsarum mos consuetudinem non inducit, n. final. l. 2 tit. 2 part. 1. — Mulier instante necessitate baptizare potest, gloss. l. 5 tit. 4 part. 1, et n. 1 in l. 1 tit. 7 part. 4.—Mulieres confitentes peccata sua Sacerdoti non habenti potestatem confitendi, an salventur in fide sua, n. 6 l. 21 tit. 4 part. 1. —qualiter stare debeant tempore confessionis coram Sacerdote, n. final. per text. ibi, l. 26 tit. 4 part. 1. — Mulier potest confiteri instante necessitate, n. 1 l. 29 t. 4 part. 1.—si simplex sit, poterit confiteri per scripturam, n. 2 l. 20 tit. 4 part. 1.—si clericum percutiat, an teneatur ire Romam pro absolutione, n. 11 per text. ibi, l. 4 tit. 9 part. 1.—viva scindi non debet, ut partus vivus nascatur, n. 2 in fin. l. 14 tit. 10 part. 1.—non debet esse circa altare tempore Missæ, neque clericum serviet dum celebrat, neque respondent, n. 10 l. 1 t. 11 part. 1 per text. ibi.—speciosa est sepulchrum dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, et pudica; et sine istis pulchritudo dicitur venenum, n. 8 l. 1 tit. 6 part. 2.— et an hoc sufficiat, ut personaliter non possit citari; et quid si licèt uxorata sit, tamen inhonestè vivit, n. 2 l. 3 tit. 7 part. 3.—et minor si concurrerint, quod privilegium dicatur potentius, n. 2 in fin. l. 5 tit. 3 part. 3. — Mulier ad videndum an sit corrupta, debet ab obstetricibus inspici, quas judex eligere debet, n. 6 l. 8 tit. 14 part. 3.—Mulier dicens filium non ex marito genitum, fides ei non est adhibenda, si contrarium per filium probetur, n. 1 l. 9 tit. 14 part. 3.—quæ in habitu viri incedit, testis esse non potest : et multa contra ipsas hoc facientes vide per n. 18 tit. 16 part. 3.—Mulieres an possint cogi ut denuntient maleficia mulierum, quæ inter eas occultè committuntur, n. 4 l. 6 tit. 17 part. 3. —Et an sufficiat ad mulieris excusationem, quod faciat fieri inquisitionem domesticam per solum notarium villæ, ibid.—Mulier si sit contumax, an audiatur appellans, n. 2 in fin. l. 9 tit. 23 part. 3.—quæ per stipulationem cum aliquo contrahere promisit, si non contrahatur, ad quid teneatur, n. 2 l. 2 tit. 1 part. 4. —si leprosa sit magis imminet periculum viro, quàm mulieri si vir sit leprosus, n. 7 l. 7 tit. 2 part. 4. — Mulier si dixit se esse virginem cum ita non sit, an propter id matrimonium dissolvatur; et quid in sponsa de futuro ante copulam, n. 6 l. 10 tit. 2 part. 4.—Et quid si quis cum aliqua contrahat matrimonium sub conditione, scilicet si te virginem invenero, dict. n. 6.—Mulier, et illi minor metus est justus, et sufficiens, quàm in persona viri, n. 7 l. 15 tit. 2 part. 4.— honesta, et si vidua sit, si timeat se per vim ab aliquo cognosci, istud præbet justam causam timendi, ibid. in n. 12. — Muliere non est ignoscendum, quæ propter paupertatem turpissimam vitam elegit, n. 2 l. 5 tit. 3 part. 4.—Mulier si virgo sit, neque à viro propter ejus virginitatem cognosci possit, an possint cum aliquo actu medicinali claustra pudoris frangere, si postea illam cognoscere poterit, et an illud sit contra naturam, n. 6 l. 2 tit. 8 part. 4.—quæ à viro cognosci non potest carnaliter, tolerare debet ut aperiatur, si periculum sit leve, n. 8 l. 2 tit. 7 part. 4. —qualiter, et à quibus matronis inspicienda sit, quando dicit virum frigidum esse, n. 9 l. 5 tit. 8 part. 4. — an excusetur ab adulterio, si per vim fuit coacta, et qualis ista vis esse debeat; et quid si maritus illam præmonuit ut aufugeret, ne vi hostium opprimeretur, et ipsa noluit, n. 1 per text. ibi, l. 7 tit. 9 part. 4.—qualiter debeat certificari de morte viri sui, antequam cum secundo contrahat, et an sufficiat probatio per famam, n. 2 l. 8 tit. 9 part. 4.—an teneatur cavere de evictione rei dotalis, si illud sibi maritus petierit, n. 1 l. 22 tit. 11 part. 4. — soluto matrimonio, quas vestes hæredibus mariti reddere debeat, n. 9 l. 23 tit. 11 part. 4. — adversus maritum quod remedium habeat, si dilapidaverit dotem, et quæ remedia sibi competant, n. 1 l. 21 tit. 11 part. 4.—an teneatur idoneam cautionem mariti recipere de non dilapidando dotem ipsius, si restituere nolit, n. 4 dict. l. 29.—qualiter, et intra quantum tempus soluto matrimonio dotem reddere debeat, et quando; et quid si marito dos fuerit sibi legata, an tunc statim dos debeatur non spectata dilatione, n. 3 l. 31 tit. 11 part. 4. — Quod procedit etiamsi maritus esset pauper tempore contractus matrimonii, ibid. —Mulier tenetur donationem propter nuptias sibi factam statim restiture, si ei dos fuerit restituta, n. 4 dict. l. 31 tit. 11 part. 4.—quæ ad tertias nuptias convolavit, de incontinentia notatur, et illud est abominabile apud homines, n. 1 l. 1 tit. 12 p. 4.—Et an legatum mulieri ab extraneo relictum, si castè vixerit, debeatur illi, si tertio nupserit, dict. n. 1.—Et an valeat legatum per maritum uxori relictum, dummodo non nubat, si ad secundas nuptias convolaverit, ibid.—Mulier qua de causa impediatur matrimonium contrahere intra annum luctus, n. 3 l. 3 t. 12 p. 4, et ibi, n. 4 et n. 3 l. 5 t. 3 p. 6.—Et pœnæ, quæ de jure civili contrahendi imponebantur, sunt per jus canonicum sublatæ secundum opinionem communem, ibid. in dict. n. 3 dict. l. 3 juncto ibid. n. 4.—Et an pœnæ sic impositæ nubenti habeant locum in aliquo casu, vel quando sunt positæ in filiorum favorem, ibid. —Et an illæ pœnæ de jure civili habeant etiam locum, si matrimonium solveretur aliter, quàm per mortem, ibid. in dict. n. 4.—Mulier eo ipso quòd peccat in corpore, amittit privilegia mariti, et tutelam filiorum, n. 6

dict. l. 3 tit. 12 part. 4.—quæ assistit in taberna, et dat vinum potantibus, vilis esse dicitur, et quid de domina cauponæ, n. 5 l. 3 tit. 14 part. 4.—quæ publicis præest mercimoniis non potest esse concubina illustris, neque aliæ multæ, n. 6 cum aliis ibi, per illum text. ibi in dict. l. 3.—vidua an possit filium suum ponere ad serviendum alicui, n. 1 in proœm. tit. 17 part. 4.—an possit habere peculium quasi castrense ex Principis donatione, n. 9 l. 7 tit. 17 part 4.—an debeat mitti in possessionem rerum mariti, si sit prægnans, n. 1 l. 3 t. 25 part. 4, et ibi vide quid si bona sint majoriæ. — et an possit deponi res in muliere, n. 3 l. 3 tit. 3 part. 5. — luxuriosè vivens, et malæ famæ potest à vicinia expelli, ne alios inficiat, n. 2 l. 14 tit. 10 part. 5. — Et quid si filiusfamilias recipiat mutuum pro dote mulieris, an juvetur Macedoniano, n. 3 l. 3 tit. 12 part. 5. — Mulier præsumitur ignorare jura, n. 4 dict. l. 3. — veste virili uti non debet, et quid si faciat, ut recipiatur ejus fidejussio, n. 10 dict. l. 3 tit. 12 part. 5. — an dote privari debeat in causa primipilari, vel ob tributum Regi solvendum, vel quando mariti earum fallunt, id est, *se alzan*, v. n. 7 l. 25 tit. 13 part. 5.—an prius debeat habere arras, quàm alia debita solvantur, n. 2 l. 29 t. 13 part. 4. — et fiscus pari passu ambulant in præferendo se cæteris creditoribus, etiamsi in refectionem crediderunt, n. 3 et 4 dict. l. 29, et n. 2 l. 33 per text. ibi, tit. 13 part. 5. — ex novatione in se suscepta obligatur ipso jure, sed ei succurritur per Vellajanum, n. 3 l. 17 tit 14 part. 5. — si libidinis causa aliquid recipit, si postea promissum non adimpleat, an sic datum ab ea repeti possit, n. 2 l. 53 tit. 14 part. 5.—Et quid si ipsa turpitudinem fecit, prout promisit, an sibi datum repeti possit, et an illud fisco applicetur, ibid. — Mulier an possit testare, et disponere de tali lucro turpiter adquisito, ibid.—Et an si mulier non fecit talem turpitudinem, an fiscus possit ab ea tale lucrum vindicare, ibid.—Mulier quæ causa libidinis aliquid recepit, an in foro animæ restituere teneatur, et cui, dict. n. 2 in fin. —Et quid si causa libidinis sit ei aliquid promissum, an illud ab ea exigi possit, n. 4 dict. l. 53.—Mulier incontinens inter servos suos dedecus est totius cognationis, et an accusata de adulterio cum servo illum suum hæredem facere possit, n. 2 l. 3 tit. 3 part. 6. — rapta si nubat raptori, an ex ejus testamento aliquid capere possit, n. 12 l. 4 tit. 3 part. 6. — Mulieres esse debent in partu fœminarum, viri autem non, n. 5 l. 17 per text. ibi, tit. 6 part. 6.—in qua ætate maritari debeant, et quid si adsit regionis consuetudo, n. 8 l. 5 t. 7 p. 6. —Mulier si dederit marito facultatem eligendi unum ex filiis suis ad majoriam, si non eligat intra annum, an postea eligere possit; et an tunc eligere possit filium, quem habet in potestate, n. 2 l. 25 tit. 9 part. 6. — de bonis suis, etiam paraphernalibus sine licentia viri disponere non potest, n. 4 l. 6 tit. 11 p. 6.—quæ ex adulterio concepit filium, an talis filius ei succedere possit, n. 5 quæst. 1 et 2 l. 11 tit. 13 part. 6. — Mulieres diligunt maritos, etiam ultra filios, n. 14 l. 4 tit. 16 p. 6, et n. 6 l. 19 ibidem. — Et an mulieri luxuriosè viventi per judicem curator dari possit, n. 1 l. 13 t. 16 p. 6. — Mulieres olim addiscebant grammaticam, num 2 l. 16 t. 16 part. 6.—an et quales possint tutorem minoris accusare de suspecto, n. 2 l. 2 tit. 18 p. 6.—Mulier si committat crimen proditionis, an filii sui sint puniendi, n. 5 in princ., et n. 6 l. 2 tit. 2 part. 7. — si cùm sit nupta, vocetur meretrix, quia illud ante fuit, an vocans teneatur actione injuriarum, n. 7 in fin. l. 1 tit. 9 p. 7. — an possit inferre violentiam cum armis, num. 1 l. 8 tit. 10 part. 7. — malæ famæ debet ejici de vicinia, ne alias inficiat, vel infamet, n. 3 l. 7 tit. 17 part. 7.—quæ cum proprio servo se injungit, qualiter puniatur, sive nupta sit, sive non, num. 6, 7 et 8 l. 15 per text. ibi, tit. 17 part. 7.—Et quid si secus alio famulo suo se immisceat, an eadem pœna puniatur, dict. n. 7. — Mulier si sine vi seducta sit suassionibus viri, an tunc vir pœnam stupratoris habere debeat, n. 3 l. 2 tit. 19 p. 7.— nupta, vidua, vel virgo, si per vim ab aliquo rapiatur, qualiter rapiens puniatur, gloss. l. 3 per text. ibi, t. 20 part. 7. — Et an solus raptus sine alia commixtione sufficiat ad incurrendam pœnam legis, ibidem in n. 2. — Mulier judæa, sive hæretica non gaudet privilegio dotis, n. 1 l. 7 tit. 24 part. 7.—majora vulnera patitur, quàm masculus; et an ipsa priusquam masculus torqueri debeat, quando ambo veniunt torquendi, n. 2 l. 5 tit. 30 part. 7.

Mulier excusetur, et mulier minor duodecim annis, an excusetur propter juris ignorantiam, n. 3 l. fin. per text. ibi, t. 1 part. 1. — Mulieribus rusticis subvenitur propter juris ignorantiam, aliis verò non, gloss. fin. dict. l. fin.—Mulier an excusetur ab adulterio, si per vim fuit coacta, et qualis ista vis esse debeat; et quid si maritus illam præmonuit, ut aufugeret, ne vi hostium opprimeretur, et ipsa noluit, n. 1 per text. ibi, l. 7 t. 9 part. 4.

Mulier nupta contrahit matrimonium, vel sponsalia, et mulieres contrahentes scienter matrimonium cum existentibus in sacris ordinibus, qua pœna feriantur, num. 4 l. 41 tit. 6 part. 1. — quandiu est nupta, desinit esse civis propriæ originis, et in quibus, n. 7 l. 32 t. 2 part. 3.—cum qua judex matrimonium contrahere voluit, coram eo citari non potest, et idem si eam per vim habere voluit, et iste casus specialis, n. 1 l. 6 tit. 7 part. 3.—quæ per stipulationem cum aliquo contrahere promisit, si non contrahat, ad quid teneatur, n. 2 l. 2 t. 1 part. 4.—quæ matrimonium contrahit, licèt vetula sit, neque parere possit, matrimonium tenet, n. 4 l. 3 tit. 3 part. 4. —si matrimonium contrahat cum aliquo errando in ipsius personam, quia de eo aliquando habuit notitiam, an teneat matrimonium et quid si de eo nullam habuit notitiam, sed dixit se filinm Regis, etc. n. 3 per text. ibi, l. 10 tit. 2 part. 4. — Et quid si mulier erret in qualitate, an talis qualitatis error vitiet matrimonium, ibi. in n. 4.—Mulier si dixit se esse virginem, cùm ita non sit, an propter hoc matrimonium dissolvatur; et quid in sponsa de futuro ante copulam, n. 6 dict l. 10 t. 2 p. 4.—Et quid si quis cum aliqua contrahat matrimonium sub conditione, scilicet si te virginem invenero, dict. n. 6. — Mulier qualiter debeat certificari de morte viri sui, antequam cum secundo contrahat, et

an sufficiat probatio per famam, n. 2 l. 8 tit. 9 part. 4.— si matrimonium contraxerit in uno loco, et postea fuerit ad alium ibi habitandum translata, qualis locus inspiciendus sit, ut pactiones inter eos positæ observentur, vel non, et an locus domicilii mariti, n. 1 l. 24 tit. 11 part. 4. — quæ ad tertias nuptias convolavit, de incontinentia notatur, et illud est abominabile apud homines, n. 1 l. 1 tit. 12 part. 4. — Et an legatum mulieri ab extraneo relictum, si caste vixerit, debeatur illi, si tertiò nupserit, ibid.—Et an valeat legatum per maritum uxori delictum, dummodo non nubat, si ad secundas nuptias convolaverit, iaid. — Mulier qua de causa impediatur matrimonium contrahere intra annum luctus, n. 3 l. 3 tit. 12 part. 4, et ibi n. 4, et n. 3 l. 5 tit. 3 part. 6. — Et pœnæ quæ de jure civili sic contrahenti imponebantur, sunt per jus canonicum sublatæ secundùm opinionem communem, dict. n. 3 dict. l. 3 junct. ibi n. 4.— Et an pœnæ sic impositæ nubenti habeant locum in aliquo casu, vel quando sunt positæ in filiorum favorem, ibidem. — Et an illæ pœnæ de jure civili habeant etiam locum, si matrimonium solveretur aliter, quàm per mortem, ibidem in dict. n. 3. — Mulier si matrimonium cum præside durante officio contraxerit, an per metum contraxisse videatur, et an hæc præsumptio alias probationes juvet, n. 12 per text. ibi, l. 2 tit. 14 part. 4.— rapta contrahens cum suo raptore matrimonium, an amittat bona raptoris, quæ propter raptum sibi applicata fuerunt, et an per matrimonium raptor à pœna liberetur, n. 3 l. 3 tit. 20 part. 7.—scienter contrahens matrimonium illicitum, et dotem tradens viro hoc ignoranti, an matrimonio soluto dotem repetere possit, et quare non; et quid si non tradidit dotem, sed tantùm promisit, n. 1 l. 50 tit. 14 part. 5.—Et an in tali casu dos cedat lucro mariti, vel applicetur fisco, ibidem. — Et quid si ambo impedimentum sciebat; et quid si matrimonium non sit adhuc carnali copula consummatum, gloss. l. 51 tit. 14 part. 5. —Mulier rapta si nubat raptori, an ex ejus testamento aliquid capere possit, n. 12 l. 4 tit. 3 part. 6.— nubens infra annum luctus, an debeat puniri, dict. num. 12 in fin. — quando sponsalia contraxit, an amittat per hoc filiorum suorum tutelam, n. 1 l. 5 tit. 16 part. 6.—si cum sit nupta, vocetur meretrix, quia illud antea fuit, an vocans teneatur actione injuriarum, n. 7 in fin. l. 1 tit. 9 part. 7.—quæ scienter contraxit matrimonium cum hæretico, an amittat dotem, n. 5 l. 2 t. 2 part. 6. — quæ vivente primo viro matrimonium cum alio contraxit, qualiter puniatur, et an de isto crimine cognoscant inquisitores hæreticæ pravitatis, n. 1 l. 16 per text. ibi, tit. 17 part. 7. — nupta, vidua, vel virgo, si per vim ab alio rapiatur, qualiter rapiens puniatur, gloss. l. 3 per text. ibi, tit. 20 part. 7. — Et an solus raptus sine alia commixtione sufficiat ad incurrendam pœnam legis, ibid. in n. 2 dict. l. 3. — Mulier nupta si fiat Sarracena, vel hæretica, amittit dotem, et de ejus pœna ultra hoc, n. 2 et 3 l. 6 tit. 25 part. 7.

Mulier vovens, mulier simpliciter dando licentiam marito intrandi Religionem, an tacitè videatur vovere continentiam, et an de hoc debeat certificari, n. 6 l. 11 tit. 7 part. 1.—Mulier etiamsi senex sit, marito intrante Religionem, vovere debet, n. 8 l. 11 tit. 7 part. 1.—Si verò sit juvenis, etiamsi castitatem voverit, profiteri tenetur, n. 9 ibidem.—Mulier an possit continentiam vovere sine mariti consensu, n. 9 l. 3 tit. 8 part. 1. — Et quid in voto ultra marino emisso pro subsidio Terræ Sanctæ, ibid. et n. 3 l. final. ibidem. — Mulier an vovere possit, si votum sit marito præjudiciale, n. 11 l. 7 tit. 2 part. 4. — In sui tamen præjudicium benè potest vovere, ibid. in n. 12.—Mulier si vero licentiam dederit intrandi Religionem, an videatur vovere continentiam tacitè, n. 3 l. 2 tit. 10 part. 4.

Mulier facit eleemosynam. — Mulier de quibus possit facere eleemosynam in vita matiti, n. 5 l. 12 tit. 23 part. 1.

Mulier testificat, mulier quæ in habito virili incedit, testis esse non potest; et multa contra ipsas hoc facientes vide per n. 18 l. 8 tit. 16 part. 3. — Mulier an possit esse testis in crimine capitali, num. 1 l. 17 tit. 16 p. 3. —an possit esse testis in testamento facto inter liberos, n. 3 l. 7 tit. 1 part. 6.

Mulier prægnans si sit, et fidelis, et decedat, fueritque sepulta in aliqua ecclesia non consecrata, an ea inde non abducta ibidem consecratio fieri possit, n. 2 l. 14 tit. 10 part. 1. — Mulier viva scindi non debet, ut partus vivus nascatur, n. 3 in fin. dict. l. 14.—prægnans petere poterit in die feriata, ut mittatur in possessionem rerum, ne fame pereat, n. 7 l. 35 tit. 2 part. 3. — quæ dicit se prægnantem, debet in possessionem bonorum mitti, etiamsi bona sint feudalia, n. 7 l. 7 tit. 23 part. 3. — an debeat mitti in possessionem rerum mariti, si prægnans sit, n. 1 l. 3 tit. 25 part. 4.—Et ibi vide, quid si bona sint majoriæ. — Mulier dicens se prægnantem, qualiter custodiri debeat, et per quos; et an illud consanguineis mariti dicere debeat, et quibus; et an ea invita venter inspici, vel tangi debeat, vel aliquo modo perscrutari, n. 1, 2, 3 et 4 l. 17 per text. ibi, t. 6 p. 6. —prægnans si abortum fecerit, an qui causam sibi dedit, pœna homicidæ puniatur, n. 1 l. 1 tit. 8 part. 7.— prægnans, si sui culpa abortum fecit, qualiter puniatur, et quando, gloss. l. 8 per text. ibi, tit. 8 part. 7.— prægnans quæ mittitur in possessionem rerum mariti, habet solummodo nudam detentationem, num. 5 l. 11 tit. 10 part. 7. — prægnans, an possit torqueri, et an statim post partum; et quid si non inveniatur nutrix, an differatur tortura, n. 8 l. 2 per text. ibi, tit. 30 p. 7. —prægnans non debet ultimo suplicio puniri, quousque pariat, n. 4 l. 11 tit. 31 part. 7.

Mulier adultera, vel meretrix, vel incestuosa.—Mulier accusata de adulterio, an ei prosit sententia in favorem adulterii lata, et quando, n. 5 l. 21 t. 22 p. 3.— an excusetur ab adulterio, si per vim fuit coacta, et qualis ista vis esse debeat; et quid si maritus illam præmonuit ut aufugeret, ne vi hostium opprimeretur, et ipsa noluit, n. 1 per text. ibi, l. 7 tit. 9 part. 4.—adultera debet marito dotem, et donationem propter nuptias restituere, num. 4 per text. ibi, l. 12 t. 9 part. 4.— incontinens inter servos suos dedecus est totius cognationis, et an accusata de adulterio cum servo, illum suum hæredem facere possit, n. 2 l. 3 t. 3 p. 6.—quæ